

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 176

**Autre(s) référence(s) :** ARTEM 2745

**Auteur(s) :** Ours, Jumièges, Saint-Pierre (abbé)

**Bénéficiaire(s) :** Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1109, 25 avril-1110, 9 avril]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Charte d'Ours, abbé de Jumièges, faisant connaître comment il fit rentrer l'abbaye en possession de l'église et de la dîme de Gauville et des terres que Foulques lui avait cédées, mais que ses héritiers, dans la suite, avaient usurpées.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 9 H 31 (8).

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 172-173.

b. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° LIII, t. 1, p. 142-144.

### Indications

Bates David, *La "mutation" documentaire et le royaume anglo-normand (seconde moitié du XIe siècle - début du XIIe siècle)*, dans *Les actes comme expression du pouvoir au Haut Moyen Âge*, actes de la table ronde de Nancy les 26 et 27 novembre 1999, Gasse-Grandjean Marie-José, Tock Benoît-Michel, Turnhout, Brepols, Artem ; 5, 2003, p. 33-49,

Texte établi d'après b

Anno ab incarnatione Domini .Mmo. centesimo nono, conventionem recuperationis Gauvillæ factam ego Ursus, abbas Gemmeticensis, ad firmitatem posterorum notam fieri volo. Monachi Gemmeticenses emerunt in Gauvilla tantum terræ quantum .IIIior. boves arare possunt in tribus temporibus anni, a quodam milite nomine Fulcone, simulque æcclesiam cum decimis suis, annuente et confirmante Gisleb[erto se]niore, de cujus ditione præfate res sunt. Defuncto autem Fulcone, Gaurinus, heres ejus effectus, abstulit nobis quicquid in villa illa habuimus. Post hæc, Gislebertus, filius et hæres Gaurini, casu vulneratus, æternam damnationem timens pro violentia rerum nostrarum a patre suo facta, ad misericordiam sancti Petri confugit, injuste ablata reddidit, et habitum monachilem expetiit et accepit. Post hæc vero, malis pejores succedentes, fratres ipsius Gisleberti eadem retraxerunt, multis precibus et placitis intervenientibus et pro discordia et permutatione bellorum ad effectum non pervenientibus. Pace vero redeunte hoc predicto termino, frequentibus clamoribus monachorum Gillebertus junior permotus,

possessores predictarum rerum compulit ad justiciam, et, causis utrinque dictis et examinatis, res nostræ nobis adjudicatæ sunt. Unde de predictis rebus æcclesiam cum decimis et duo arpenta juxta æcclesiam nobis reddiderunt. Hæc facta sunt apud Teulerias, judicante et confirmante Gisleberto et veneranda matre ejus Hersintæ, quæ hujus rei emptioni et recuperationi affuit, et militibus ejus. Signum † Gisleberti Crispini. Signum † uxoris ejus. Signum † matris suæ Hersindæ. Signum † Guillelmi [de] Curtellis. Signum † Guarini f[...].rdi. Isti concesserunt Richerius et frater ejus Gausfridus. Ex parte mona[chorum] ... [Gaus]fridus, ...rdus Corp, Godefredus filius Viviani, Hugo et Gausfridus ...rdus frater, presbiteri...tus nepos Albergæ, Go...[fili]us Heriberti, G...obertus filius.